


# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952



# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

*Blanchland, a Short History* (1951) — HODGSON VI 312/26, 330/38 —  
A. JOHNSON, *Blanchland*, in *Arch. Ael. N. S.* XIV (1894) — W. H. KNOWLES, *The Premonstratensian Abbey of St. Marys, Blanchland*, in: *Arch. Journ. LIX* (1902) pp. 328/41

## Series abbatum (Colvin)

Alanus 1165	John of Stanton elect. 1342
antea abbas in Croxton	John 1458/59, 1465, 1475
Adam	John Hesilden res. ante 1488
Wilhelmus	John Hugh 1488/97
Inieramus 1274	William Vayne 1530
William of Norton elect. 1315, 1320	William Spragen 1537/39

## B R O A D H O L M E B. M. V.

Brodholm, Brodeholm, Brodhelme, Broddeholm.  
Juxta coemeterium ecclesiae Sti. Botulphi in Saxilby, Nottinghamshire, Dioc Lincoln, Anglia, non longe ab urbe Lincoln.  
Circaria Angliae Medianae.

Parthenon, dependens ab abbatia Newhouse. Videtur fuisse prima fundatio pro monialibus in Anglia. Probari nequit, Agnetem de Goxhill, uxorem fundatoris de Newhouse, fuisse eius fundatricem, sed certe fuit insignis eius benefactrix. Possumus supponere, moniales venisse anno 1143 simul cum canonicis e Flandria. Constat hunc parthenonem, qui habuit ecclesiam incorporatam in Thorney, et cuius redditus annui anno 1535 erant 18/11 Librarum, ad saeculum usque XIV quoad omnia formasse unum corpus cum abbatia Newhouse, ideo nec in ullo catalogo invenitur. Saeculo XII et adhuc anno 1319 verbum fit de „fratribus et sororibus“ in Brodholme. Versus medium saeculum XIV moniales independentiam aspirabant, immo processu machinatae sunt contra patrem suum abbatem. Anno 1354, tempore quo Isabella Angliae Regina fuit insignis asceterii benefactrix, illa favente revera circa multa sui juris sunt factae, et jura abbatis Neohusiensis valde sunt diminuta, quod et recognitum est a patribus circariae et a Capitulo Generali. Deinceps non plures canonici Neohusienses, sed unus tantum ibi commoratus est. Anno 1536 est suppressum, et anno sequenti a rege laico cuidam concessum est. Nihil de eo superest.

Archivalia: omnia perierunt. Confer Newhouse.

Litteratura: HUGO I 415, prob. 331/33 — WAEFELGHEM 46 — BREWER *Lett. Henry VIII*, voll. X, XIX/XXI — *Cal. Inqu. Misc.* II 893 — CAP II 104 — CHR III — C. R. R. vol. I — COLVIN 330/32 — COTTINEAU 510 — DUGDALE VI (2), 918/20 — KIRKFLEET 127, 136 — P. L. V., VI *Reg. Archb. York, R. Greenfield* IV 71/72 — *Reg. Chichele* II — TANNER *Nottingh. V* — THOMPSON *Vis. Rel. H. I* — *Val. Eccl.* V 185 — VCH *Nottingh. II* 138/40 — R. E. G. COLE, *The Priory of Brodholme*, in: *Ass. Arch. Soc. R. and P.* XXVIII (1) 1905, p. 49 — E. POWER, *Medieval English Nunneries 1275/1535*, Cambridge 1922, p. 229 n, 230, 244, 423, 449

## C A M M E R I N G H A M St. Michael

Manerium de Cameryng-, Cambryng-, Camryng-, Cambringe-, Kambryngham 7 mill. NW Lincoln, in eodem comitatu et diocesi, in Anglia  
Non pertinuit ad circarias Angliae.

Prioratus. Robertus de Haya dederat ante annum 1126 hunc locum abbatiae de Lessay O. S. B. (Dioc. Coutances, in Normannia). Filius eius Richardus, fundator abbatiae Blanchelande in Gallia (Circ. Normanniae Borealis), patris sensum mutans, hoc „manerium“ dedit illi suae foundationi circa annum 1155 in prioratum dependentem. Lites, orti ex hoc inter abbatias Blanchelande et Lessay, anno 1192 in favorem prioris sunt decisi. Rotuli Hugonis de Welles<sup>20)</sup> loquuntur de „priore et capitulo in Cameryngham“, ex quo tuto licet concludere, initio ibi viguisse vitam conventualem. Paulo post annum 1325 transiit in manus regis. Usque ad annum 1345 adhuc ibi fuit prior, post expulsionem ultimi prioris, qui fuit de gremio Torrensi, anno 1383 a rege locatum est laicis. Valor reddituum annuorum anno 1387: 37/11 Librarum. Circa annum 1395 venditum est abbatiae de Hulton O. Cist. Suppressum cum illa saeculo XVI. Pars ecclesiae subsistit.

Archivalia: inveniuntur nulla. Archivum abbatiae matris Blanchelande, quod nonnulla continuit, anno 1944 combustum est in St. Lo.

Litteratura: Fontes Ordinis nesciunt — *Cal. Charter R.* III 362/65 — COX *Lincolnshire* 94 — COLVIN 72 (Nota) — DUGDALE VI (2) 1050, 1116/17 — COTTINEAU 575 — KIRKFLEET 122 — KNOWLES 133 — *Lib. Feod.* 192, 1073 — C. W. NEW 20 — TANNER *Lincs.* XV — THOMSON L. A. R. cf. ind.

## C O C K E R S A N D B. M. V.

St. Mary of the Marsh on the Cockersand, De Marisco super Kokersant, S. M. de Marisco, -de Marixo, Cocker-, Coker-, Cokir-, Cokre-, Cokyrs-, Koker-, Crokesand, -sant, -sond, -sande, -saunde, -essand.

<sup>20)</sup> *Rotuli Hugonis de Welles* (Cant. & York Soc.) I 133

Ad ripam maris, Morecambe Bay, SW Lancaster, Lancashire, Anglia, Dioc. York Circ. Angliae Borealis

Abbatia. Eremita quidam nomine Hugo Garth, vir sanctus, versus annum 1180 ibi se stabilivit, colligens eleemosynas undequaque ad erigendum hospitale. Quod et extruxit una cum duobus canonicis abbatiae Croxtoniensis, quae eodem circiter tempore fundaverat cellam cum hospitali adnexo in loco vicino Hornby. Mox nova fundatio „B. M. V. de Marisco“ facta est prioratus abbatiae Croxtoniensis, pro uno magistro, tribus canonicis et duobus conversis. Nobiles vicini, praesertim Dominus Gulielmus de Lancaster, et Wilhelmus de Furness, Dominus de Thurnham novam canoniam tam ample dotaverunt, ut iam anno 1190 obtinuerit confirmationem Clementis PP. III, qui eam nuncupat „monasterium hospitale“. Ante annum 1199 constitutum est in abbatiam. Locus autem, in quo erat fundata, pertinuit ad abbatiam Leicestrensem O. S. A., quae nonnisi post longas lites iuribus suis renuntiavit anno 1205. Abhinc tantum abbatia se nuncupavit „Cockersand“. Stetit sub paternitate abbatiae Croxtoniensis, et fuit mater canoniarum Tungland et Shap. In memoriam sui originis manutenuit xenodochium pro pauperibus et peregrinantibus usque ad suppressionem. Habuit prioratum in Warburton, de quo infra, et administravit ecclesias incorporatas sequentes: parochias Garstang et Great Mitton, et cantarias, id est capellas vigore fundationis proprio sacerdote provisas, in Middleton et Tunstall. Redditi annui erant 282 Librarum. Multa passa est canonia periculis maris, semper rodentis macerias et aedes eius, et a Scotis irruentibus, qui eam devastaverunt anno 1316. Anno 1484, et in actu suppressionis anno 1539 habuit 22 reliquios. Saeculo XVIII adhuc videbantur ruinae, hodie superest pulchrum capitulum tantum, quod est octogonum. Fundamenta reliquarum aedium annis 1923/24 sunt evacuata. Pars stallorum chori nunc asservatur in ecclesia parochiali Lancastrensi.

Archivalia: Cartularium in Brit. Mus. Add. MSS 37769 (ad. FARRER), et copia eius 32099 ibidem — Aliud cartularium minus apud W. C. Strickland, Sizergh Castle (cf. H. M. C. R. V, 332) — Fragmenta computuum 1257/60 in Bodleian MS Rawlinson C 317 (ed. Chetham Soc. vol. 64, pp. 1218/19 (cf. AXON)

Litteratura: HUGO I 521, prob. 410/17 — WAEFELGHEM 62 — BASKERVILLE 30, 93 — BECK V 184, VI 60 — BREWER, Lett. Henry VIII, voll. III, IX/XII, XIV, XV, XVII/XXI — *Cal. Chart. R. I*, III, V (298/99) — *Cal. Inqu. Misc. III* — CLAPHAM 130, pl. XX — CAP II 105/27 — COLVIN 138/43, 398 — COTTINEAU 832 — DHGE — DUGDALE VI (2), 906 — FARRER/CLAY VII — GOOVAERTS I 476 — HOLTZMANN 167, 170, Nr. 266 — KER 33 — KIRKFLEET 107/08 — *Lancashire Pipe Rolls*, cf. ind. —

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Lib. Feod. — P. L. III/VI, XIII — *Reg. Archb. York* W. Grey, W. Widkwan  
J. le Romeyn I, Th. Corbridge II, Greenfield IV, V — ROBERTS 63 —  
TANNER Lancs. III — *Val. Eccl.* V 261 — VHC Lancs. II (1908) 154/59 —  
W. E. AXON, *On a Thirteenth Century Manuscript in the Bodleian Library,  
formerly belonging to Cockersand Abbey, and containing exempla*, in: *T. Lancs.  
Chesh. A. Soc.* XXIII (1905) — F. H. CHEETHAM, *Lancashire*, London 1920,  
pp. 107/08 — A. W. CLAPHAM, *Cockersand Abbey and its Chapterhouse*, in:  
„Some famous buildings and their story“ (s. l. et d.) — IDEM, in *Architectural Review*, June 1911 — W. FARRER, *Cartularium B. M. U. de Cockersand*,  
in: *Chetham Soc. Misc.*, voll 38/40, 43. 56, 57, 64. Manchester 1898/1909 —  
H. FISHWICK, *The History of the Parish of Garstang*, 2 vols. Manchester  
1878/79, passim — J. McNULTY, *Thomas Sothern and C. Abbey, a suit as to  
the Advowson of Mitton Church 1369/70*, in: *Chetham Soc. Misc.* NS VII (1939)  
— C. A. NEWDIGATE, *Who was William Stainford Abbas?* in: *T. Lancs.  
Chesh. A. Soc.* N. S. XXXIII (1917) — F. R. RAINES, *Rentale de Cockersand  
Abbey, being the Bursars Rent Roll of the Abbey for 1501*, in: *Chetham  
Soc. Misc.* III (1861) XVIII 46 — W. O. ROPER, *C. Abbey*, in: *T. Lancs.  
Chesh. A. Soc.* IV (1886) — J. SWARBRICK, *The Abbey of St. Mary of the  
Marsh at C.*, ibidem XL (1923) pp. 163/93, et separatim Manchester 1925 —  
*Heraldic Visitation of the Northern Counties in 1530*, by Thomas Tonge, Nor-  
roy King of Arms (Surtees Soc. 1862) p. 91 — W. A. WICKHAM, *Cockersand  
Chapterhouse*, in: *T. Lancs. Chesh. A. Soc.* NS vol. XXVIII (1912) et XXXI  
(1915) — *Anc. Monum. Society, Cockersand Abbey Exploration Committee  
I. First Report*, Manchester 1924, 2. *Second Report* ibidem 1925

## S e r i e s a b b a t u m (Colvin)

Hugo Eremita, Magister ca. 1184	Thomas 1386/89
Henricus 1189	William Stainford 1393
Roger 1205/16	Thomas de Burgh 1395/1403
Hereward 1216/35	Thomas Green 1410/37
Richardus 1240	Robert Egremond 1444/74
Henricus 1246/61	Wilhelmus Lucas † 1477
Adam de Blake 1269/78	Wilhelmus Bowland 1477—90
Thomas 1286/88	Johannes Preston 1490/1500
Robertus de Formby 1289/90	Jacobus Skipton 1502/05
Roger 1300	Henricus Stayning 1505—09
Thomas elect. 1302, 1305/07	Johannes Crowne 1509—20
Roger elect. 1311, 1331	Georgius Billington 1520/22
Wilhelmus de Bosdon 1334/40	Johannes Bowland 1524/27
Robertus de Carleton 1347/54	N. Newsham ca. 1529
Jordanus de Bosdon 1354/69	Gilbertus Aynsworth 1531
Thomas 1380?	Robertus Kendall 1531/33
Richardus 1382	Robertus Pulton 1533—39

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

## C O M B W E L L S. Maria Magdalena

Cunwyllan, Cumbwell

NE Tunbridge Wells, Sussex, non longe ab abbatia Bayham, Dioc. Canterbury  
Circaria Angl. Australis

Prioratus. Fundatus est tamquam abbatia O. S. A. tempore Henrici regis II († 1189) a Roberto de Thornham, fratre fundatoris de Brockley, et pater illius Roberti, qui translationem communitatis Brockleiensis in Bayham perpetravit. Valor reddituum anno 1535 fuit 81 Librarum. Haec canonia inter annos 1220 et 29 ad breve tempus videtur pertinuisse ad ordinem nostrum.

Apparuit enim circa annum 1220, dotationem huius domus esse nimis exiguum, ut amplius posset manuteneri tamquam abbatia. Abbas resignavit, et de consensu Stephani archiepiscopi Cantuariensis, et Mabel de Gatton advocatissae reducta est in prioratum. Circa annum 1229, abbas de Bayham coauctus est apud Capitulum Generale de priore et de canoniciis de Combwell, eo quod ab ordine Praemonstratensi defecissent. Capitulum Generale anni 1229 praecepit abbati, ut a reclamatione sua desisteret, ne archiepiscopus Cantuariensis offenderetur, qui hunc prioratum sub speciali sua tutela retinens, voluit eum manere fidelem ordini Augustiniano. Possumus ergo conjicere sequentia: Probabiliter conventus abbatiae de Combwell, ex egestate reductus in prioratum, quaesivit solutionem difficultatum suarum, post annum 1220, aggregatione ad ordinem potentis abbatiae Bayhamensis vicinae. Forte abbas Bayhamensis obtinuerat, ut sicut quondam conventus Othamensis, et integra communitas de Combwell, suppressa omnino propria canonia, cum bonis suis transiret ad domum Bayhamensem et ordinem Praemonstratensem. Forte etiam, sollicitante familia fundatorum ambarum canoniarum, conventus Combwellensis exspectavit sibi adiutorium materiale, forte voluit salvare statum suum abbatiale — dein vero, in spe sua deceptus, vel maiore austeritate Praemonstratensium deterritus, reversus est ad pristinum ordinem suum, in quo floruit ad saeculum usque XVI.

Archivalia: cf. *Arch. Cant.* loco infra citato

Litteratura: Fontibus Ordinis est ignotum — COLVIN 196 — J. C. DICKINSON, *The Origin of the Austin Canons and their Introduction into England*, London 1950, p. 173 — *Charters of Combwell Priory*, in: *Arch. Cant.* VIII (1872) pp. 282/85, nr. lxjjj. lxiv — VCH Kent II 160/61 — COTTINEAU 932

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

## C O V E R H A M Annuntiatio B. M. V.

Swainbie, Covre-, Coure-, Coue-, Covan-. Chouerham; Koveram, Coveram, Coram, Corham, Couru'

2 mill. SW Middleham, in comitatu et dioec. York, Anglia

Circ. Angl. Borealis

Abbatia fundata ante annum 1187 in Swainby in Wenleysdale a He-  
loise, filia Ranulphi de Glanville, fundatoris de Leyston. Ante annum  
1202, translata est in Coverham. Filia de Newhouse, mox vero abbatiae  
Welbecensi subditur, anno 1232 illi de Durford, postremo anno 1306 ad  
matrem Newhouse est reversa. Ecclesiae administratae et incorporatae:  
Coverham, Downholme, Kettlewell, Sedbergh et Seaham. Valor reddituum:  
160 Libr. 18 sh. Numerus religiosorum: 1380:16, ca. 1475:19, 1500:16.  
Patroni canoniae, quae ineunte saeculo XIV a Scotis irruentibus est de-  
vastata, erant domini de Middleham. Finaliter advocatia erat penes do-  
num regiam. Longitudo ecclesiae erat 157 pedum.

Anno 1536 est suppressa. Deinde facta est residentia nobilis, cuius do-  
mus principalis consistit parte aedium claustralium. De ecclesia super-  
sunt ruinae.

Archivalia: perierunt fere omnia (cf. CLAY).

Litteratura: HUGO I 561, prob. 468/70 — WAEFELGHEM 69 —  
BECK V 185, VI 60 — BREWER *Lett. Henry VIII*, voll. III, IX/XVI, XX.  
XXI — BURTON 418/23 — *Cal. Charter R. II/IV*, V (73/77), VI — CLAP-  
HAM 131, 133 — CLAY V 28, 157, 308 — CAP II 128/47 — COLVIN 126/29,  
399 — COTTINEAU 907 — DHGE — DUGDALE VI (2), 920/21 —  
FARRER CLAY I, IV, V — GROSE VI 80/86 — KIRKFLEET 108 — MORRIS  
121/24 — P. L. I, III/V — *Reg. Archb. York W. Wickwane, J. le Romeyn I,*  
*Th. Corbridge I, Greenfield II, IV, V* — ROBERTS 122 — TANNER *York*  
XXV — *Val. Eccl.* V 243 — VCH *Yorksh.* I (1914) 214/20, et III (1913)  
243/45 — WOODWARD 365 — *Heraldic Visitation* (cf. Cockersand) p. 46 —  
LELANDS *Itinerary* (Hearne's Ed.) V 113 — *Original Pedigree of Tailbois*  
and Neville, saec. XV, in: *Genealogist N. S.* III (1886) — W. M. PANSON,  
*Coverham Abbey*, in: *J. A. J.* XXV (1918/20) p. 273 — T. D. WHITAKER,  
*History of Richmondshire* I (1822) 350/59 — Sigillum: PEDRICK 58/59,  
pl. XXIII

### S e r i e s a b b a t u m (Colvin)

Philipp 1196/1202

Nicolaus 1287

Couan 1222/31

John el. 1300, 1307

John 1252

Thomas 1312

William 1262

Bernard? ca. 1320

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

William of Aldeburgh el. 1331, 1340	John Bromfield sive Brownflete 1470—88
Gilbert inter an. 1345/48	John Askew 1488/1509
Robert 1351	Thomas Sides 1511—19
Elias 1371 res.	Christopher Salley 1519—21
Joannes 1404/14	Christopher Halton sive Horse-
Cuthbert de Rydemer el. 1414, 1426/30	man electus 1521
John of Askrigg 1428	Christopher Rokesby, seu Raper
Gauden 1435/37	1528/36

inseri nequit: Robertus saec. XIII (Necr. Beauchief)

## C R O X T O N S. Joannis Evangelistae

Vallis Sti. Joannis, Sti. Joannis de Valle. Croistona, Cruxton, Crokeston, ab anno 1247 pluries Croxton Keriall, Kyriel, Keriale, Keryale, Curiall. Provincia recte: Crowston. — Vitetur confusio cum Valle B. M. V. de Crokesden, abbatia O. Cist. in Staffordshire.

Prope Waltham on the Wolds, Leicestershire, media via inter Grantham et Melton Mowbray, Dioc. Lincoln. — Circaria Angliae Medianae.

Abbatia, secunda in Anglia quoad divitias, prima generatim quoad numerum religiosorum. Fundatio copta est anno 1159 vel paulo ante a Comite Wilhelmo de Boulogne, Mortain et Warenne, sed finita non est ante annum 1162<sup>21</sup>). Filia de Newhouse, mater canoniarum Cockersand et Blanchland. Richard de Malebisse anno 1199 frusta tentavit transferre conventum Croxtonensem in locum Newbo, ubi novam canoniam volebat erigere. Quaenam fuerint partes abbatiae Croxton in fundatione istius canoniac, cum certitudine elucidare nequit. Croxton saeculo XII forsan direxit parthenonem Cisterciensem Swine (vide infra sub dubiis). Posseit insuper prioratum cum hospitale in Hornby (vide infra), et administravit parochias sequentes: Finedon, Lowne, Croxton Keriall et

<sup>21</sup>) Chronicon Barlingense (Magdalen College, Oxford, v. supra): „Hoc anno 1162— conventus venit in Croistona“. Wilhelmus „Porcarius de Linus“ (recte Portarius) seu William the Porter, quem indicant fuisse fundatorem ipsi canonici anno 1475 (CAP no. 336). TANNER 239 et DUGDALE 876. nil fuit nisi benefactor insignis, ut abunde probat COLVIN p. 93. Notandum tamen est, Ob. Praem I sub die 7a februarii designare Thomam quendam „fundatorem Sti. Joannis de Valle“. Probabiliter est idem Thomas, quem Dugdale VI (2) p. 876 dicit fuisse primum abbatem, licet, probante COLVIN p. 93 in nota, hic vix potuit obiisse anno 1154. Vox „fundator“ in Obituario Praemonstratensi adhiberi solet in sensu latissimo.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Sproxton. Ecclesiam Ault Hucknall iam saeculo XIII iterum amiserat. Reditus annui: 385 Librarum. Status personalis 1377:29, 1475:25, 1500:30, 1538:19 religiosi. Anno 1326 monasterium combustum est, anno 1349 per pestilentiam omnibus fere religiosis destitutum. Anno 1538 suppressum et in posterum omnino subversum est, nihil de eo subsistit. Excavationes modernae probant, ampliationem ecclesiae, quae fuerat longitudinis 200 pedum, tempore suppressionis nondum fuisse terminatam. In claustra fuerat lavabo, quod raro invenitur in Ordine.

Archivalia: „The Croxton Domesday“, id est cartularium saec. XIII in Bibl. Ducis de Rutland, Belvoir Castle. Copia in Brit. Mus. Add. MSS 4934 fol. 145. et 4935 fol. 95. Item parvum Cartularium eiusdem temporis (Copia in Brit. Mus. MSS Stowe 928. — Registrum saec. XIV in Berkeley Castle.

Litteratura: HUGO I 563, prob. 470/71 — WAEFELGHEM 70 — BECK V 186/88, VI 60 — BREWER *Lett. Henry VIII*, voll. IV, VII, XIII/XXI — *Cal. Charter R. I/III* — *Cal. Inqu. Misc. II* 1887 — CLAPHAM 181/35 — CAP II 147/64 — COLVIN 91/97, 379, 400/02 — COTTINEAU 926 — C. R. R. I/V, VII, VIII — DAVIS cf. ind. — DHGE — DUGDALE VI (2) 876/79 — GOOVAERTS III, 7 — HOLTZMANN 154 — KIRKFLEET 109 — Lancashire Pipe Rolls cf. ind. — Lett. Com. Jean XXII 11627, 43 285 — Lib. Feod. cf. ind. — P. L. I/IV, VI, XIII, Pet. I — POTTHAST 7772 — PRESSUTTI 873 — STENTON E. L. A. cf. ind. — TANNER Leics. VI — THOMPSON Vis. Rel. H. I, III — IDEM, Vis. Dioc. II, III — Val. Eccl. IV, 150 — VCH Leics. VIII 225/40 — WOODWARD 365 — A. HERBERT, *Croxton Abbey, Leics.*, in: *Transact. of the Leics. Archaeol. Soc.* XXII, Part. IV, 1944/45 — I. H. JEAYES, *Catalogue of the Charters and Muniments at Berkeley Castle* (1892) p. 308. — J. NICHOLS, *History of Leicestershire*, (1795) II 1, 151/57, Append. XI 77/104 — J. H. ROUND, *Croxton Abbey Records*, in HMCR, *Manuscripts at Belvoir Castle*, IV (1905) pp. 774/82 — Sigilla: PEDRICK 60/61 pl. XLVIII.

## Series abbatum (Colvin)

Thomas? inter an. 1162/64?	William of Graham 1275/81
Alan ante 1165	W... 1297
postea abbas in Blanchland	Johannes? 1310
Wilhelmus 1177	William of Brackley 1310,
Adam 1202/21	1318/19
Ralph of Lincoln 1 <sup>o</sup> ?	H... inter an. 1304 et 33
Elias? 1228/30	Wilhelmus 1347/48
Ralph of Lincoln (2 <sup>o</sup> ?) 1231/35	Thomas 1357/63
Joannes? 1241	John of Skotylthorp 1397/1404
Godefridus 1241/63	John of Grantham? res. 1412?
William of Houghton † 1274	William of Sleaford 1412/14

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Adam of Berforthe el. 1421  
Johannes 1431  
John Eston 1444  
Robert 1448

John Erwom (Arghum, Arkholme) 1473—91  
Elias Attercliff 1491—1534  
Thomas Green 1534—38

## D A L E Assumptio B. M. V.

Depedale, La Dale, Dala, Stanley Park, Parcus, — Stanlac, — Stanleye, Stanlaw, Stonley, Stanley, Vitetur confusio cum tribus abbatis Ord. Cist. Louth Park (Lincs.), Stoneleigh (Warwicksh.) et Stanley (Wilts.) — Ockbroke (Okebroke) pertinuit quidem ad bona canoniae, sed sub hoc nomine ea nullibi occurrit.

In vico Stanley Park, media via inter Nottingham et Derby, Derbyshire, Dioc. Lichfield. — Circ. Angliae Medianae.

Abbatia. In locum dictum Depedale, ubi vixerat eremita quidam beatæ memoriae, Serlo de Grendon toparcha advocavit Canonicos Ord. Sti. Augustini ex Calke inter annos 1153 et 58. Qui prioratus post aliquot annos jussu regis est dissolutus, quia canonici in silvis eius venabantur. Fundator dein post annum 1175 advocavit Praemonstratenses ex Gupholme, qui post septennium propter vitam, ut videtur, minus ordinatam, et propter tenuitatem redditum ab abbe suo sunt revocati. Serlone defuncto, filius eius Wilhelmus dictus Clericus expetivit quinque canonicos ex abbatia Welbecensi circa annum 1196. Sed Richardus abbas de Welbeck paulo post hunc gregem in summa egestate degentem ad sua revocavit.

Sed mox factum est quartum tentamen fundationis, quod melius successit prioribus. Affinis Serlonis, William Fitzralph, emit villam et „parcum“ de Stanley, et filia eius Mathilda, una cum marito suo altero Godefrido de Salicosa Mara (Saumara, Wilmore) versus annum 1199 adiit abbatiam de Newhouse ut novam fundationem, bonis supradictis auctam, initiaret in vicino loco Stanley Park. Quod videtur esse peractum annis 1199 vel 1200 — quibus apparet primus abbas —; perfecta autem non est fundatio nisi anno 1204. Nomen primarum fundationum Depedale, seu Dale paulatim transit ad novam canoniam. Advocati eius nuncupabantur in posterum: William de Grendon 1203, William la Zouch of Haringworth 1395, Richard Kyffton (Curzon?) 1478 et Gervase Kyngeston 1536. Canonicus Thomas Muskeham saeculo XIII scripsit chronicon alliciens maximique valoris. Redditus anni: 144/12 Librarum. Ecclesiae incorporatae: Kirk Hallam, Ilkeston, Heanor, Stanton by Dale. Status personalis: 1345:24, 1475:17, 1494:16, 1500:15, 1538:16 religiosi. Anno 1538 suppressa est. Saeculo XVIII adhuc ibi videbantur ruinae, et pars

monasterii habitabatur. Hodie superest tantum arcus permagnae fenestrae orientalis ecclesiae. Vicus Dale, cuius ecclesia parochialis facta est capella antiquorum prioratum de Depedale, etiam post abolitionem cultus catholici remansit exemptus a iurisdictione episcopali.

Archivalia: Chronicon et Cartularium saec. XIII in British Mus. Cotton MSS. Vespas. E XXVI.

Litteratura: HUGO II 847, prob. 519/21 — WAEFFELGHEM 74 — AUVRAY 1946 — BECK V 188/89, VI 61 — BREWER *Lett. Henry VIII*, voll. IV, X, XII/XV, XVII, XIX/XX — *Cal. Chart. R. II* — *Cal. Inqu. Misc. II* 656 — CLAPHAM 184/35 — COLVIN 170/78, 402 — CAP II 164/85 — COTTINEAU 942 — DUGDALE VI 2, 892/95 — HOLTZMANN 67, 103 — JEAYES *Derbysh. Chart. 933/47*, cf. ind. — KIRKFLEET 71/77 — *Lib. Feod.* cf. ind. — P. L. voll. I, III, IV, V, XII, XIII — *Reg. Chichele* III, IV — ROBERTS 30 — *Staffordsh. Collections* N. S. pp. 79, 347, 363, 387, 300, 309 cf. ind. — TANNER *Derb VI* — Val. Eccl. III 155 — VCH *Derbysh. II* (1907) pp. 69/75, auct. J. C. COX — H. M. COLVIN, *Excavations at Dale Abbey*, in D. A. J. N. S. XII, 1938 pp. 87/94 — IDEM, *Medieval Glass from Dale Abbey*, ibidem XIII (1939) — IDEM, *Dale Abbey, Granges, Mills, and other Buildings*, ibidem — IDEM, *Dale Abbey, a List of Canons*, ibidem XIV (1940) pp. 12—35 — IDEM, *Dale Abbey, its Foundation*, ibidem p. 1—11 — IDEM, *The Internal History of Dale Abbey*, ibidem (XVI) (1942) pp. 31/57 — IDEM, *The External History of Dale Abbey*, ibidem pp. 58/87 — IDEM, *The Dissolution of Dale Abbey*, ibidem XVII (1943) pp. 1/25 — J. C. COX, *The Churches of Derbyshire*, passim — IDEM *Abstract of the Dale Cartulary*, D. A. J. XXIV (1902) pp. 104 sq. (ibidem etiam de Calendario) — IDEM, *The Religious Pension Roll of Derbyshire*, ibidem XXVIII (1906) — IDEM, *The Abbey of Dale*, ibidem XL (1918) — S. FOX, *Dale Abbey, Derbyshire*, in „*The Reliquary*“ VIII (1867/68) — IDEM, *History of Morley Church* (1872) passim — W. H. HOPE, edidit *Chronicon* in D. A. J. V (1883) pp. 1/29 — IDEM, *On the Recent Excavations of the Site of Dale Abbey*, ibidem I (1879) pp. 100/145, et II (1880) pp. 128/34 — IDEM, *The Abbots of Dale*, ibidem V (1883) pp. 81/100 — C. KERRY, *Depedale and its Chronicle*, in: *The Reliquary* XXIV (1884) — F. PECK, *Chronicon de Depedale*, in: „*Desiderata Curiosa*“ (1732/35) — PILKINGTON, *View of Derbyshire* (1789) II 217/18 — TRUEMAN, *History of Ilkeston*, pp. 278/79 — J. WARD, *D. and its Abbey*, Derby 1891 — IDEM, *Notes on the Mediaeval Tiles of Derbyshire*, in: D. A. J. XIV 1892.

## Seriestabulatum (Colvin)

- |  |   |
|--|---|
| 1. Henry (Prior) inter an. 1175<br>et 96 | 5. Hugh of Lincoln 1253—68                        |
| 2. Walter de Senteney 1200/31            | 6. Simon 1268—73                                  |
| 3. William 1231—33                       | 7. Lawrence 1273—89                               |
| 4. John Graincourt 1233—53               | 8. Richard de Normanton 1 <sup>o</sup><br>1289—97 |

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

- |  |                                       |
|--|---------------------------------------|
| 9. John de Lincoln 1297—1303                       | 15. William de Bovey 1358—1400        |
| 10. Richard de Normanton 2 <sup>o</sup><br>1305—05 | 16. Henry Monyash 1400—39             |
| 11. John Horsley 1304—32, res.                     | 17. John Spondon 1439—72              |
| 12. John Woodhouse 1332 res.                       | 18. John Stanley 1472—91              |
| 13. William Horsley 1332—54                        | 19. Richard Nottingham 1491—<br>1510  |
| 14. Roger de Kirketon<br>1354/58                   | 20. John Bebe sive Stanton<br>1510—38 |

## DURFORD B. M. V. et SS. Joannes Baptista

Dure-, Dere-, Der-, Driefort, -ford.

Prope Petersfield, Sussex, Dioc. Chichester. — Circ. Angliae Australis.

Abbatia, fundata ante annum 1161 ab Henrico Hose (Husey) II, Domino de Harting, cuius familia semper patronatum exercuit. Filia de Welbeck, mater de Otham, ad tempus etiam de Coverham. Ecclesiae incorporatae: Rogate 1196, Compton 1346, et capella in Standen. Redditus annui 108/13 Librarum. Anno 1327 familia quaedam nobilis donavit centum marcas ad recipiendum quendam canonicum supernumerarium, specialiter ad preces pro dicta familia effundendas destinatum<sup>22)</sup>. Nihilominus canonica erat pauper nimis, semper aere alieno onerata. Status personalis: 1380:7, 1475:10, 1482:3, 1500:8, 1536:9 religiosi. In actu suppressionis anno 1536 aedes eius adeo erant collapsae, ut commissarii regis eam ironice „Dirtford“ nuncupaverint. (Id est, locus squalidus) — Per pauca rudera tantum supersunt.

Archivalia: Cartularium saec. XIII in Brit. Mus. Cotton MSS Vespas. E XXIII, Sloane 4935, 5706 p 123.

Litteratura: HUGO I 643, prob. 534/ 38 — WAEFELGHEM 81 — BECK V 189, VI 61 — BREWER *Lett. Henry VIII* voll. IV, IX, XI, XII/XIII, XIX/XIX — *Cal. Charter R.* I 391 — CLAPHAM 135 — CAP II 186/209 — COLVIN 88/91, 373, 402/04 — COTTINEAU 1011 C. R. R. III — DUGDALE VI (2), 936/39 — HOLTZMANN 103 — KER 38 — KIRKFLEET 110/11 — *Lib. Feod.* cf. ind. — MIGNE P. L. CCXIV 564 (confirmatio Innocentii III) — P. L. I, II, IV, V, VII, IX, XIII — PECKHAM cf. ind. — ROBERTS 103 — TANNER *Suss. XI* — *Val. Eccl.* I 321, VI App. XIII — VCH Sussex II (1907) pp. 89/92, auct. L. F. SALTZMANN, et Surrey III 17/18 — W. H. BLAAUW, *Dureford Abbey, its fortunes and misfortunes, with some particulars of the Prem. Order in England*, in: *Sussex Arch. Coll.* VIII (1856) pp. 41/96 — C. T. P., *Encaustic Tiles at Dureford Abbey and Selborne Priory*, ibidem XXXVIII (1892) p. 224.

<sup>22)</sup> Qui canonicus, vigore foundationis, praesentandus erat ab abbatte de Hyde  
O. S. B. (MS Harl. 1761 ff. 162/63)

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

## Series abbatum (Colvin)

Robert post 1174, —1183 (postea abbas in Leiston)	John Chelchester 1401—04
Wilhelmus 1198/1215	John Ultyng 1 <sup>o</sup> 1404—11, res.
Jordan 1219	Nicholas Baldewyn 1411—18
Robert 1229	John Ultyng 2 <sup>o</sup> el. 1418
Wilhelmus 1231/44, res. ante 1248	Thomas Dollyng 1424/32
Valentinus 1248/52	Stephen Mersey 1439, depos. ca. 1444
Nicolaus temp. Henrici III reg.	(antea abbas in Beleigh?)
Joannes 1258/86	Wilhelmus 1445
Osbertus 1310/15	Walter Mene ca. 1454/†65
Joannes 1321	Robert Knyppyg 1465—1501
Thomas 1323/29	Robert York 1501/22
Henricus 1334	Henry Skynner 1528/29
John atte Re 1364	John Sympson 1533/36
John Heuerwyk 1380	(postea abbas in Tichfield)
John 1400	

## E A S B Y (B. M. V. et) St. Agatha

Sancte Agatha de Eseby, Esebi, Sta. Agatha de Richemund, Richemund.  
Media leuca distans ab oppido Richmond versus orientem, in valle juxta  
flumen Swale, comit. et dioec. York — Circ. Angliae Borealis.

Abbatia celebris. Fundata est apud antiquam ecclesiam collegiatam  
et parochialem e tempore Anglosaxonum, a Roaldo constabulario de  
Richmond anno 1151 vel 52. Filia de Newhouse, mater de Eggleston.  
Ecclesiae administratae: Easby, Manfield, capella de Skirpenbeck. Do-  
minus de Scrope auxit bona monasterii anno 1393 ad augendum nume-  
rum religiosorum decem canonicis. Reditus annui: 188/16 libr. Status  
personalis 1380:19, 1475:20, 1500:20, 1535:18 religiosi. Mense martii  
anno 1537 suppressa est. Supersunt ruinae extensae atque conspicuae,  
non tam ecclesiae, quam praesertim refectorii, xenodochii, infirmitorii  
dormitorii et portae.

Subsistit intra septa monasterii pulchra ecclesia parochialis, a cano-  
nicis ercta, et picturis muralibus ornata. Aliqua stalla gothica, modici  
valoris, nunc in ecclesia parochiali Richmonensi existentia, dicuntur  
provenire ab hac nostra abbatia. — Ruinae pertinent ad H. M. Office  
of Works.

Archivalia: Cartularium (ab an. 1281) in Brit. Museum, MS Egerton  
2827 — Ordinarius saec. XV in Cambridge, Jesus College.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Litteratura: HUGO I 185 — WAEFELGHEM 253 — BECK V 189,  
VI 60 — BREWER *Lett. Henry VIII*, voll. VI, IX, X/XII, XIII — *Cal.*  
*Charter R. II* — CLAPHAM 135, 136 — CAP II 1/14 — COLVIN 56/63,  
404/05 — COTTINEAU 1015 — C. R. R. II/IV, VII — DUGDALE VI 2,  
921, 983 — FARRER/CLAY voll. I/VII cf. ind. — GROSE VI 61/65 —  
HOLTZMANN 149, Nr. 75, 92, 240, 265, 278 — KER 42 — KIRKFLEET  
101/02 — LEFROY 3 — MORRIS 143/48 — *Ob. Praem.* I 21. II, *Ob. Praem.* II:  
20. X. — P. L. I, II, IV/VII, XIII — PRESSUTTI 5698 — *Reg. Archb. York*  
W. Grey, W. Widwane, J. Le Romeyn, I, II, Th. Corbridge I, R. Greenfield  
I, II, IV, V cf. ind. — ROBERTS 122 — TANNER *York XCIX* — Val. Eccl.  
V 235 — VCH *Yorksh.* III (1913) p. 245, auct. J. SOLLOWAY, et I (North  
Riding, 1914) pp. 53/59, auct. S. C. KAINES SMITH. Cf. indices, et *Yorksh.*  
Gen. II et III — WOODWARD 267 — W. P. BAILDON, *Notes on the*  
*Religious and Secular Houses of Yorkshire*, in Y. A. J. Rec. Series XVII,  
LXXXI) I, 1895, p. 45/49, II 1981, p. 11 — T. A. M. BISHOP, *An Extent*  
*of Barton in Richmondshire 1809*, in: Y. A. J. XXXII (1936) — C. CLARK-  
SON, *History of Richmond, with description of the Friary, Easby Abbey*  
*etc. . . with appendix of Charters* (1814) — A. HAMILTON THOMPSON,  
*Easby Abbey* (Official Guide), H. M. Stationery Office London, 1936 et 48 —  
W. H. HOPE, *On the Premonstratensian Abbey of St. Agatha juxta Richmond*,  
in Y. A. J. X (1889) p. 117/58 — C. H. HUNTER BLAIR, *Note on a Pillar*  
*Stoup from Easby Abbey*, in *Proc. Soc. Ant. Newc.* 3d ser. X (1921/22) p. 312  
— J. RAINES, *On Easby Abbey*, in: *Ass. Arch. Soc. E. and P.* II (1852/53) —  
G. ROWE, *The Abbey of St. Agatha at Easby*, ibidem X (1869/70) — T. D.  
WHITAKER, *History of Richmondshire* I (1821) pp. 104/17 — *Illustration of*  
*Pastoral Staff said to be from Easby*, in: *Proc. Soc. Ant. Newc.* IX (1899/1900)  
p. 216.

## Series abbatum (Colvin)

Walter de Senteney? 1151?	William of Eriom 1307—08, res.
(postea abbas in Dale)	Roger of Walda 1308—10, res.
Martin 1157/59	William of Burrelle 1310/11
Ralph 1162/91, post 1198	Philip of Siggeston 1315—20, res.
A. . . . post an. 1200	Nigel of Ireby elect. 1320
Galfridus 1204/09	John of Percebrigg el. 1328, 1334
Elias 1224, depos. 1228	Thomas of Haxley el. 1345, 1351
R(oger?) 1230	William Isaac 1375
Roger elect. 1237	John 1389/1412
Henricus 1241/46	Robert 1422
Wilhelmus 1251/55	William Langle 1429/35
John of Newcastle 1260/1300	Robert Preston 1 <sup>o</sup> 1447/58
Thomas 1302	Thomas Rayner 1449?
Richard of Bermyngham 1302—07, res.	Richard Hilton 1459 (antea abbas in Eggleston?)

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Idem dic de praecedenti)  
Robert Preston 2<sup>o</sup> 1469—70  
William York 1470/75, res. ante  
1478  
Roger of Newhouse? 1475?

William Ellerton 1475—91  
P. L. XIII)  
William Clyntes 1491—92  
William Lyngard elect. 1492,  
1502  
Robert Bampton 1511—36

